Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



erunt omne malum adversus
nos mentientes propter me
Gaudete in illa die et exul
tate quoniam merces vestra copi
osa est in celis Sin matthum
In illo tempore Respondens
ihesus dixit Confiteor tibi
pater domine celi et terre quia ab
scondisti hec a sapientibus
et prudentibus et revelas
ti ea parvulis ita pater quoniam sic
placitum fuit ante te Omnia
mihi tradita sunt a patre meo
Et nemo novit filium
nisi pater neque patrem quis
novit nisi filius et cui
voluerit filius revelare Ve
nite ad me omnes qui la
boratis et onerati estis et
ego reficiam vos Tollite iu
gum meum super vos et discite
a me quia mitis sum et hum
ilis corde et invenietis requi
em animabus vestris Iugum
enim meum suave est et onus
meum leve Sedin Lucam
In illo tempore descendens ihe
de monte stetit in loco cam
pestri et turba discipulorum
eius et multitudo copio
sa plebis a tota iudea et
ierusalem et maritima et tu
ri et sydonis qui venerunt
ut audirent eum et sanarent
a langworibus suis Et qui
vexabantur a spiritibus immun
dis curabantur Et omnis
turba querebat eum tan
gere quia virtus de illo ex
ibat et sanabat omnes
Et ipse elevatis oculis in
discipulos suos dicebat
Beati pauperes spiritu quoniam vestrum
est regnum dei Beati qui nunc
esuritis quia saturabimini
Beati qui nunc fletis quia
ridebitis Beati eritis cum vos
oderint homines et separa
verint vos et exprobraverint
et ejecerint nomen vestrum tan
quam malum propter filium hominis
Gaudete in illa hora et ex
ultate Ecce enim merces
vestra multa est in celis Sin
In illo tempore Dixit Iuxtam
ut alius discipulis suis
Attendite a fermento pha
risaeorum quod est hypocrisis